omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate p maiori minorennitate Successorum legatione intra Vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Evictorem Vel alijs quibusuis Dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, Ad quietationem praeterea Ultra proximos Officij praefati Castren Premislien Terminos Dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones Appellationes, ac eam prosequones faciendo, ac praemissa omnia Patris Simplicibus Vel triplicatis Evasionibus suspensionibus fatalijs Iuris praescriptione Terrestri bello conventioneq Vel alijs quibusuis Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec quovis alio modo evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante. 455

Lipecki Tureckich Quietat.

456 Coram Officio et Actis praesen Castren Capitan Praemislien pr comparens Nobilis Basilius Lipecki Sanus mente et corpore exns a Terris Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusq Suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti Vero Castren Capitan Praemislien Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq Subijciendo palam libere publice, ac per expressum recognovit, Quia ipse suo et Nobilium Theodorae Lutoslawska Contis suae Ltmae et Samuelis Lipecki filij sui pro quorum ratihabitione Cavet, ac se praesentem inscribit nomine Nobilis Paulum Turecki et Sophiam

Lipecka.

Lipecka eiusq Nobilis Turecki Sororem germanam eiusq posteros de Causa et Actione Iudiciaria pro se Recognoscente Supra scriptis Inculpatis, ad Officium praesens Castren Capitan Premisliensis Ratione per ipsos sibi Recognoscenti a Iudicijs Tribunalibus Rni Lublinensis post Causas attentatas Domum suam per Villam Michnowiec redeunti, Via Strata publica interceptionis modo violento usq ad Curiam in bonis Villae Lipe sitae cum armis et in armis armataq manu insecutionis porci bene saginati ex bombarda Longiori ad se Recognoscentem explodendi Causa directa occisionis Conti suae iam praevectae aetatis Causam et occasionem tanti tumultus in Curia sua excitati Suscitantes Terrae allegationis Concussionis et Conuerberationis, frumentorum Conculcationis, rerum permultarum receptionis, aliarumq permultarum violentiarum et iniuriarum perpetrationis Processu Causae praemissa fusius obloquente instituta et intentata nec non de ipsa Poena Bannitionis perpetuae seu Infamiae, aut alterius cuiusuis Condemnationis in Terminis Querelarum Officij praesentis super ipso in Contumaciam obtenta, atq de obductione vulnerum supra facta Contem suam coram Officio praesenti die hora facta ob praestitum sibi Recognoscentem et praefatae Conti suae in praemissis omnibus plenariam et sufficientem satisfactionem quietat emittit, dimittit liberumq et absolutum perpetuo facit et pronunciat Causam eandem et Actionem Iudiciariam atq poenam Bannitionis seu Infamiae cum earum publicatione et toto effectu et obductionem praedictam per omnia praesentis Cassat, mortificat, et annihilat, sibi suisq posteris ratione praemissorum praefatae Conti et filio suis perpetuum imponendo silentium. Salua cum alijs citatis in Processu Causae Specificatae Actione plena in robore sibi Recognti reservata.

Turecka Lipeckiemu Cedit

Comparens perlr coram Officio et Actis praesentis Castrensis [illegible]